

1

durante etiamnum noctuorum Conventuum cum Provincias. Joachimi, Definitorum  
generale futuri prospiciendo, pro recipiendis et educandis Novitiis designat Con-  
ventum nostrum Brabiloviensem, et ut talem approbat pro praesenti duxat  
reverum statu. Monet tamen Definitorium nostrum P. Ministrum, ne in recipiendo  
Novitii excedatur numerus a P. Provinciali attenta facultate hujus Domus  
necessario prescribendus. 4to Definitorium grile certioratum, statuta  
et ordinaciones in Capitulo Pvli anno elapsa factas, praeceps Institutum  
nostrum Redemptionem Caso spectantes suo carere effectu, idcirco P. Minis-  
tro Pvli magnopere commendat, ut sub actu Visitationis cuiuslibet Convictu-  
tus inquirat: In primis utrum transumpta statutorum et ordinacionum  
dicti Capituli, libro in hunc finem destinato sint inserta, et in Capitulo  
Conventuale publicata. Signanter vero investigabit: an pecunia in rem  
Conventuum a P. Redemptore est Caja Redemptionis expensa, et a Capitulo  
Provinciali dispartita, in hac quantitate jam sit restituta? Quod si Con-  
trarium expertus fuerit, illico quantum determinatum recipiet, et Patre  
Redemptori consignabit. Postea investigabit, utrum Religiosi adhuc Phora-  
cibus coloratis contra Constitutiones utantur, quod et de pellibus qua-  
cunque materia colorata prohibita, coopeatis intelligendum venit, et haec ves-  
timenta, sicut et collaria ampla ex carbasi melioris sortis induisse assu-  
ta, et ultra collaria habitum data opera protensa suis met oculis  
cervere non gravetur, atque nullo habitu respectu personarum omnino au-  
ferat, nec non de his omnibus simulq; de statu Collegiorum et Conventuum  
futurum Definitorium Certum reddet. Postremo ne continuis conquesibus  
major indies ansa prebeat, Definitorium grile duo adhuc P. Ministerio  
Provinciali tertio injungenda habet: nempe, ut quam primum fieri poterit  
librum famulos ab Antecepso suo contra Constitutiones, Communemq;  
Provinciae Praxim efformatum, et ut ferunt: Protocollo nomine insignitam  
manibus Andromi N. P. Vicarii Garbis consignet. Alterum, quatenus in  
futurum Conventus Provinciae nostraræ jam non per Visitatores delegatos  
sed boni Pastoris officium explendo, personaliter visitet, Quod si id  
prastare requiverit, Andromam N. P. Vicarium Grilem tempestive hacte-  
re certum faciat.

### Sessio 4ta.

Die 26. Junii hora ipsa octava datum est convictum Campanula signum  
ad congregandum Vocales, quibus post peractam spiritus I. fruicationem  
Andromus N. P. Vicarius Generalis significavit, impetratum esse a sancta  
Sede indulgum, in ordine ad reducenda perpetua clifforum onera, quo  
perfecto, lectum quoque est Excerptum ex libro Concilii Romani, in quo fac-  
ta est facultas a Benedicto X. III. Monachis Caprinensibus reduendi  
onera clifforum perpetuarunt, ad eujus normam Ihesus Pater et Dominus

Poster Pius VI. indulxit etiam Andro N. P. Vicario Genili unacum suo Definitorio Genili in omnibus Conventibus Provincie S. Joachimi reducere praesata onera missarum. Quamobrem tam Supplicem libellum, quam Provisionem ad petitionem factam, nec non Indultum a Monachis Cassinensis impetratum actis presentibus in se, enda decernimus. Quorum tenor est talis.

Beatisime Pater.

Fr Stanislaus ab Assumptione V. Generalis Excalceatorum Ordinis Immaculatae Trinitatis Redempt. Capituli S. V. devotus Orator, obsequio exponit, quod in omnibus fere sui Ordinis Conventibus Provincie Poloniae a S. Joachim noncupatae fundi missarum perpetuarum, aliarumque obligationum adnexarum ad medietatem usq; diminuti sint. Quapropter humilime supplicat S. V. quatenus dignatus benigne concedere, ut ipsiusdemet Orator una cum suo Definitorio Genili in omnibus dictis Provinciis Conventibus praesata missarum onera, obligationesque adnexas, ad amicos Indulti San. Clem. Benedicti XII. reducere, et moderari possit.  
Pro qua gratia etc.

Die 9. Januarii 1793. Iunius Dominus Roster, audita relatione Patris Procuratoris Genili Ordinis Excalceatorum Immaculatae Trinitatis Redemptionis Capituli, nec non infra scripti Secretarii, et dummodo praefati Conventus ubi non fuerint precedenti Indulto A. 3. Novembris 1785. petitam facultatem reducendi memorata perpetua sacerorum onera, ad transites Indulti San. Clem. Benedicti XII. illiusque forma, et tenore ad amicim servatis in omnibus, infra Triennium tantum, Oratori una cum suo Definitorio pro eorum arbitrio et conscientia benigne imputitus est justa petita. — — —

G. Card. Ballona RZ.

Julius Gabriele secretario

### Excerptum

Ex Libro Concilii Romani, in Sacrae Scripturae Basilica Lateranensi celebrati, anno universalis Jubilee M DCC XIX. a domino patre et domino nostro Benedicto Papa XI. Pontificatus anno Imo.

### Caput VIII.

Facultas super missarum reductione, Monachis Cassinensis concessa, ad Episcopos extenditur, qui sive per se, sive per Procuratores

28

Romano huic Concilio interfuerū.

Nuper instantे coram nobis procuratore Gasili Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti, ad pedes sanctitatis Vestræ humiliter provalutus, exponit, sua Congregationis Monasteria per Italiām constituta, ob bella, pestilentiam, contributiones, subsidia, decimas, et alias calamitates, et insortunia, à prædictis causis, et aliis, heu nimium notoriis, derivantia, dura premi paupertate, largitiones etiam fidelium esse maximopere imminutas, et fundos quoq[ue], et Capitalia clavarum perpetuarum ex prænarratis, aliisque causis, aut in totum desperita, aut magna ex parte detrita esse, et consumpta. Quo circa idem Procurator pari humilitate exorat, pro dictarum Missarum perpetuarum, que usq[ue] ad præscentem diem celebrari debuissent, et celebratae non sunt, benigna condonatione, et pro earundem Missarum moderatore, et reductione in futurum.

Die X. Julij A.D. 1724.

Sanctissimus Dns Noster Benedictus Papa XIII mature consideratis causis, supra recentis, nec non exemplis suorum Prædecessorum Aleandri VII. Clementis XI. Clementis XII. et prælestini Innocentii XIII Romanorum Pontificum, ab haec eius omissa Missarum perpetuarum celebrationē misericorditer absolvit, mandavitq[ue], ut à Patre abbate generali Cum suorum assistentium, quatenus juxta Constitutiones adhuc assistentes in sua Religione, si minus aliorum graviorum Patrum, quorū in arduis consulere consuevit, Consilio, unum Monasteriū in unaquaque Provincia eligatur cum facultate mutandi, et alterum totius, quoties sibi videbitur, adhibito prædicto Consilio, in unaquaque Provincia substituendi, in quorum respective monasteriorum designandorum Ecclesiis, quolibet anno in perpetuum, initio ducto ab anno 1725, uno die infra octavam Commemorationis omnium Fidelium defunctorum unum Anniversarium in tabella onerum monasteriorum describendum, celebretur, et applicetur pro animabus illorum, pro quibus præsatæ Missæ perpetuae erant celebranda, et applicanda, et hactenus in fuerunt celebratae et applicatae. Quocūd onera vero perpetuarum Missarum usq[ue] in presentem diem acceptata, et imposterum adimplenda, sanctitas sua, eidem Patre Abbat. Guglielmo demandavit, ut adhibito suorum prædictorum Concilio, e singulis Italie Provinciis binos, aut etiam plures eligat Religiosos, pietate, velo, doctrina, et probitate præditos, qui testamentis, instrumentis, libris et Tabellis, ceterisq[ue] documentis, quibus onera Missarum, unicuique Monasterio sue Provinciae respectively incumbentia, descripta continentur, perspectio, ac sedulo examinatio, et redditibus unicuique oneri attributis, nec non eorum diminutionibus diligenter perquisitis, atq[ue] perspectis, et prælestini, an ipsæ diminutiones perpetuae sint, vel temporaneæ, distinctam, atq[ue] fidelem descriptionem ad eundem Patrem Ge. negatim

Generaliter transmittant, qui una cum dictis patribus assistentibus, et  
aliis supra memoratis, quos in arduis consulere continevit, pro eorum omnium  
conscientia, cuius rationem supremo iudici a deo domino sedis stricte redde-  
turos meminisse debebunt, unam quamque missam perpetuam moderari va-  
leant, et reducere ad rationem elemosynae scutorum sexaginta monetae  
Romane, pro qualibet missa quotidiana, intra terminum trium annorum  
a data presentium, factaque post reductionem distincta onerum descrip-  
tione in Tabella onerum missarum uniuscujusque monasterii.

Ceterum quo ad novorum onerum seu elemosynarum, aut oblationum pro  
missis perpetuis celebrandis, acceptationem in futurum, Huius d. N. cunctis  
rendo Decretis de celebratione missarum, iussu feli. record. Urbani pape VIII.  
et felicis recordi Innocentes pape XII per Sacram Congregationem Concilii  
editis, prohibebut omnibus et singulis Regularium superioribus, vel aliis, ad  
quos pertinet, ne in posterum onera perpetua missarum celebrandarum sus-  
cipiant, sine generali, pro tempore, vel Provinciali consensu, et licentia in  
scriptis, et gratis concedenda, renovata pena privationis, contravenientibus  
omnium officiorum quæ tunc obtinebunt, et perpetuae inhabilitatis ad alia  
de cetero obtainenda, et privationis ipso jure et ab his alia declaratione  
vocis activæ et passivæ, et quo ad ejus generales, seu Provinciales, de licentia  
requisitorum predictis oneribus perpetuis acceptandis, sanctitas sua in eorum  
memoriam revocavit, ipsos in singulis casibus teneri diligenter inquirere  
de singulis missarum celebrandarum obligationibus, nec eos antea absensi  
aut licentiam praebere debere, quam ipsis legitime constituerit, sacerdotes  
uniuscujusque Ecclesie, monasterii, tam novo oneri suscipiendo, quam  
antiqui, jam suscepti, latissimacere posse, præcipuamque demum ab ipsis ge-  
neralibus, et Provincialibus habendam esse rationem, ut redditus, et bona  
quæ monasterii assignantur, pro missis perpetuis, omnino respondeant non  
elemosyna manuali, sed elemosyna perpetua, taxanda juxta morem eiuscujusque  
Civitatis, Diaecesis, vel Provinciae. Et si in re tanti momenti desiderio fuerint  
aut negligentes, sciunt, se tam paenitentia arbitrio sanctitatis suæ, et aliorum  
pro tempore Romanorum Pontificum esse subjectos, quam pratermissi munera  
in novissimo die rationem epe supremo iudici a deo dno reddituros.

Cumque Comunes modo a Venerabilibus Episcopis, qui in hoc conveniente Concilio  
similes nobis fuerint preces expositæ, et suarum respectivo Ecclesiærum soli-  
ne petitum pro ejusmodi ad ipsos, et ipsorum quemlibet extensione Decreti, eis  
nos idcirco gratiam volentes facere specialem, Decretum idem, juxta peti-  
ta extendimus, et facultates ipsas Episcopis, non modo, qui personaliter sacra  
huius Synodo interfuere, sed et qui legitime impediti, ceterum per eorum Pro-  
curatorem accesserunt, favorabiliter, congrua congrua referendo, concedimus,  
et impetravimus, eisdem tamen in omnibus, quæ in eo exprimuntur, condicio-  
nibus servatis.

Tali itaque auctoritate suffulti declaratis prius nullis diebus, et difficulta-  
tibus præviis solutis, ad supradictam reductionem in Dei nomine duximus.